

Quapropter servitutem impositurus totius rei, cui imponi debet, dominio gaudeat necesse est. *Conf. Franzk. ad ff. b. n. 15 seqq. Struv. Ex. 13. tb. 29. Wesenb. d. l. Coraf. ad ff. de Servit. n. 9.*

In L. 4. non ignobilis ventilatur quæstio, num servitutes ex tempore, vel sub conditione, aut ad tempus certamve conditionem possint constitui? Respondet J. Otus inter jas strictum ipsamque æquitatem distinguendo & negando, si secundum juris apices decidatur quæstio. Ratio negationis & quidem ex parte constitutionis ex tempore vel sub conditione factæ inde depromitur quia promissionem importat non constitutionem. *L. 25. §. 10. ff. fam. ex. cisc. cum constituere servitutem sit actum eam imponere, & ut jam prædico sit quæsitæ, efficere, §. 1. l. de S. V. & R. P. L. 1. §. 1. ff. comm. præd. conf. Vinn. ad §. 4. l. de serv. Sic nec ad diem conditionemve fieri potest constitutio, quia servitutes causâ gaudent perpetua, id est, naturali conditione ad earum usum semper idonea, adeo, ut licet omni momento iisdem non utamur, ita tamen sint comparatæ, ut natura perpetuò durent. *L. 28. ff. de S. V. P. & semel constitutæ non mutantur, divellantur, aut finiantur, sed perinde ut alia naturalis qualitas, cohæreant prædico. Conf. Franzk. ad ff. l. comm. præd. nu. 28. Struv. Ex. 13. tb. 36. Althus. de S. R. P. n. 24. 25. Unde si talis conditio vel dies constitutioni servitutis adjiciatur non est nullius momenti, sed sublato hoc vitio summo jure pro pura habetur. Conf. Franzk. d. l. & contra placita vindicari potest servitus. At secus Prætori æquitatis amantissimo visum, qui nil magis æquum humanæque congruum fidei existimans, quam quæ inter partes placuere, servari. *L. 1. pr. ff. de pact., conventionem ita conceptam data pacti conventi vel doli exceptione tue nr. L. 56. §. 4. ff. de V. O. quæ servitutem vindicaturus merito repellitur. Conf. Perez. ad C. Tit. de Serv. nu. 23. 24. Struv. d. l. Bus ad b. L. n. 5. Franzk. d. l.***

Ad L. 8. pr. Titius possidet fundum Tusculanum, quæritur, an in eo venandi, spaciandi aut pomum decerpenti imponi possit servitus? Resp. quod non. Distinguendum tamen inter servitutem realem & personalem, de illâ non de hac lex venit intelligenda. Funda hoc assertum in naturâ servitutis ratione dominantis prædii spectatæ, quæ in utilitate, si non actu, tamen potentiâ tali consistit, probante id diserte *L. 15. ff. b. in quæ vicini interesse & utilitatis*